



AD EVNDEM
VRATISLAVIAM IN-
GREDIENTEM, EPIGRAM-
MA EIVSDEM.

*Aspice, Rex, nostram, tibi qua dicat omnia, Breslam:
Æqua Palatino surgit & illa Solo.
Si mores hominum placidos, si jura requiris;
Urbs genium dices exprimit ista meum.
Si saltus & rura voles; non largius ullis
Indulsero sibi Flora Ceresque locis.
Has habitant ades Phœbus, Phœbique sorores:
Arcibus his ira Mars habet arma sua.
Intuitu sunt digna tuo, quæcunque fereris;
Templa, forum, turres, mœnia, tecta, via.
Congessit Natura suos huc prodiga luxus,
Et totius opes orbis in urbe vides.
Vitifero sed par quid possidet Odera Rheno?
Hac quoque fit purum te veniente merum.*



*Nehmen, Friedrich König von,
nicht begibt. nicht. 1719.*

SERENISSIMO POTENTISSIMO-
QUE PRINCIPI AC DOMINO, D.

FRIDERICO,
BOHEMIÆ REGI INCLYTO,

PIO, FELICI,

COMITI PALATINO RHENI

S. R. IMPERII PRINCIPI
ELECTORI,

DUCI BAVARIÆ, MARCHIONI
MORAVIÆ, DUCI SILESIÆ, LUSA-
TIÆQUE MARCHIONI

humilimè gratulatur

Devotiss. N. M. Q. E.

MICHAEL PICCARTUS FRANCUS,
PROFESSOR NORICUS.

NORIMBERGÆ

è Typographeo

Abrahami Wagenmanni

ANNO clō Idc XIX.

11.

45. 1719.




SERENISSIME ET POTENTISSIME REX FRIDERICE,
DOMINE CLEMENTISSIME

SI qua dies uni est accepta ferenda Jehovæ
(Quamquam nulla dies non transcribenda Jehovæ)

Si qua tamen primò sit transcribenda Jehovæ,
Hæc fuit illa dies, omni memorabilis ævo,
Quâ tibi consensu communi & congregate voto,
Inclyte Bojorum Princeps, Rheniq; bicornis,
Cæsaribus Princeps SEPTENVIR nate creandis,
Majorum, FRIDERICE decus, nec degener hæres,
Uniti populi, multorum & fœdere nexi
Seclorum, pro jure suo, imposuere Coronam
Imperij, REGI q; ad surrexere BOHEMO.
Adflictæ & patriæ te præfecere Parentem.
Hæc fuit illa dies nutu producta Tonantis,
Hæc fuit illa dies verbo firmata Tonantis.

A 2

Si



80041/16 G6t

45. 17. 96.

Si niveo fuit ulla dies signanda lapillo,
Si Crescâ servanda notâ: dubio procul omni
Hæc fuit illa dies, quâ Regis honore beato
Certatim Imperij Proceres, Mavortia Corda,
Illustres animæ, Patriæ quæis cura labantis,
Congessere animi sinceri vota, precesq;
Et vires junxere suas, operasq; fideles:
Pro T E proq; Tua jurati quæq; salute
Intrepidis animis & forti pectore obire.
Hæc fuit illa dies nutu producta Tonantis
Hæc fuit illa dies verbo firmata Tonantis.
Si porro fuit ulla dies, qua cuncta ruinam,
Perniciemq; suam poterant traxisse videri:
Si fuit ulla dies opis indiga præsidijq;
Hæc fuit illa dies, cum conculcata jaceret
Libertas Patriæ, & passis laniata capillis
Relligio infandis premeretur molibus, illa
Ausâ prius efferre caput, cultûiq; vacare,
Haud ullo prohibente, D E I, sine clade pericli.
Unde adeo, FRIDERICE, vides, Rex inclyte, quid Te
Patria deposcat, quam spem conceperit ex Te:
Quodq; humeris incumbat onus, quæ cura fatiget.

Adse-

Adfere, sis, Libertatem tot sanguine partam
Heroum quondam, populorum & clade repertam. 8
Nec patere, ut nostra hæc GERMANIA fraude malignâ
Serviat, & Populis alieno sole perustis
Victa manus dedat, Leges præscribere sueta.
Olim ipsa & toti sanctè dominarier Orbi.
Tolle jugum impositum sceleratis artibus, & fac
Ut pia Relligio, tortorum examine pulso,
Respiret sensim præscum repetatq; vigorem.
Hæc & plura sibi de Te GERMANIA spondet,
Et merito, nec tu spes has, Rex Inclyte, falles.
Nam T E sublimi SAPIENTIA sede locatum
Jam rerum metas fecit finesq; tenere
Ante annos, jussitq; tuas ordier inde,
Magno animo, curas, quæis vix par serior ætas
Quo tanto cecidere senes sub pondere multi.
Vix Tibi prima genas lanugine vestis obumbrat,
Et jam T E Proceres stupuere, insignia mentis,
Augustumq; animi decus, ac prælustria facta,
Confessi Dominum, cûi totus serviat orbis,
Cuiq; suam credat requiem tutoq; salutem.
Cura duplex reliqua est: Una, ut Tibi suppetat annos

A 3

Jovah

Jovah Pater, quantum satis est mortalibus ævi:
Quasq; moras virtus Tua jam perfecta meretur,
Hæc rerum facies atq; hic confusior orbis,
Has tribuat, vetet ille truci Cacodæmone natas,
Emerfasq; Erebo Furias, queis sternere Reges
Insidijs ludus sollemnis, & arceat omnem,
Vim capite à sancto: VIVAT REX NOSTER OVETq;
Altera ea est, nec cura minor: PIETATE FIDEq;
Ut bona, quæ magnò constant jam parta, tueri,
Ad seros liceat quoq; transplantare Nepotes.
Non minor hic labor est, quam quærere, parta tueri.
Constanti hic opus est animo, DEUS ipse favebit.
Constanti, FRIDERICE, Tibi: dextraq; Potenti
Legitimè acceptũ imperium, sceptrumq; BOHEMUM
Adferet. At nostrum est venerari Numen ob ipsum
Ex animo maculas erratorum eluere omnes, (hoc
Sectariq; typum vitæ melioris: amica
Omnia quippe pijs: adversa nocentibus illa.

ALIVD.

Quam tibi RELIGIO passis laniata capillis
Tristi pressa jugo defert, FRIDERICE, coronam.
Atq;

Atq; tuam sibi spondet opem, spondetq; salutem:
Accipe, sis, PRINCEPS constanti mente manuq;
Ut SUPERUM munus, nec te cura ulla retardet.
Sceptra DEUS transfert, idem tibi regna secundet.
Aurea Libertas vigeat te REGE, jugumq;
Cordibus impositum jamq; intolerabile deme.
Da pacem populis, da pacem mentibus æquam,
Aurea fac redeant iterum Te PRINCIPLE secla.

N. M. Q. E.

Devotissimus

Michaël Piccartus
Professor Noricus.



**Herzliches Andächtiges
Gebete/**

**Zu Gott dem Allmechti-
gen/ vor Ihre Kön: May: Fri-
dericum, diß Namens und Geschlech-
tes der Erste König in Böhmen / Pfalzgraffe
beym Rhein/ des H. Röm. Reichs Erb Truchsess
und Churfürsten / Herzog in Bayern / Marg-
graffen in Mähren / Herzogen in Schle-
sien und Lützenburgk / auch Marg-
grafen in Lausnitz/ &c.**

**Aus H. Schrift zusammen
colligiret, in Deutsche Rithmo-
logias gebracht/**

**Von Georgio Neutern/ Mitt-
bürgers in Breslaw.**

ANNO

**Dies V/Reglere Von Ihs an Vnsern Neuen
König nach Dolnem Worte.**

**Gedruckt zu Breslaw/durch
Georgium Dawman.**